



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

56. An Episcopus ex hoc Decreto possit dispensare in irregularitate  
bigamiæ interpretativæ, si sit occulta, non solum quoad minores Ordines,  
sed quoad majores? Et an in vera bigamia possit Episcopus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

### 328 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

chirus de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 9. cap. 1.  
difficult. 3. num. 2.

#### RESOL. LIV.

An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario quoad retentionem beneficij Curati?

Idem est dicendum de Canonico homicida occulto, ut possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canonici?

Ex part. 7. tract. 2. Ref. 34.

**S. 1.** Negatiam sententiam docet Barbosa de Potestate Episcop. p. 2. Alleg. 39. n. 61. vbi sic ait: An autem hodie possint Episcopi dispensare cum homicida voluntario ad retinendum curatum, quaestio est non coramenda, in qua affirmatur respondeat Sayt. in floribus decis. sub tit. de offic. Ordin. de eis. 13. Zetola in praxi Episcop. p. 2. ver. dispensatio, §. 3. Nauart. consil. 13. de offic. Ordin. in antiqu. alias conf. 45. sub tit. de homicid. in nouis. Sed haec opinio nullo modo recipienda est ex verbis eiusdem Concilij simpliciter prohibentibus Episcopis facultatem dispensandi cum homicida voluntario, nec distinguenteribus ad beneficia, vel ad ordinis, quinim expresse loquenteribus de virtute in illis verbis ibi: nec illis aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam curam non habeant animarum conferre licet, sed omni Ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuo careant, si quis omne dicit, nihil explicit ex Iuris regulis, certe dum in codice capite sanctitur, ut omni Ordine perpetuo careant, non esse eius distinctionem ad factos tantum, aut curata beneficia restringandam, sed ad minores etiam, aut simplicia excedendam. Ita Barbosa, qui citat Auliam, Sayrum, Nauarrum, &c.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Marchinus de Sacramento Ordinis tr. 1. part. 9. cap. 1. difficult. 3. n. 3. vbi sic ait. Licet Concilium prohibuerit homicidiis collationem noui beneficij; non tamen verauit. Episcopis dispensare cum istis ad simplex beneficium retinendum, vel etiam ad retinendum curatum, dummodo per alium illud exerceat: quidquid oppositum, quoad retinendum curatum, dicat Barbosa allegar. 39. n. 61. vers. An anterius officio Episcopi. Sed immixtum: quia Concilium de sola collatione noui beneficij loquitur, nec illo modo distinguit de retentione beneficij simplicis, vel parochialis. Hac Marchinus; cui addit Alzedus in Praxi Episcop. p. 2. c. 6. n. 7. vbi docet, quod possit Episcopus dispensare, ut Presbyter homicida voluntarius occulus, qui ante habebat beneficium Curie, illud possit retinere in futurum, & similiiter cum Canonico homicida occulto, ut possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canoniciatus.

#### RESOL. LV.

An irregularitas via ex bigamia propria & interpretativa sit aliquando dispensabilis ab Episcopo etiam ad factos Ordines?

Idem est dicendum de Pralariis Regularibus quoad suos subditos.

Et inter alios casus, qui pro praxi supradicta questionis adducuntur, tandem queritur, an Episcopus possit dispensare in irregularitate occulta, quam contraxisit Subdiaconus dicens viduum? Ex part. 4. tract. 2. Ref. 61.

Sep. hoc in duabus legg. **S. 1.** Negatiam respondeo cum communi DD. Ref. & lega

praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 51. & Barbosa de infra Dots potestate Episcop. part. 2. allegat. 49. num. 25. Verum nam Rel. 1. non grauabor hic apponere sententiam Ioan. Praep. & 59. & 138. his & gnatam p. 2. p. 3. pari. q. 5. de irregularitate, dub. 7. num. 138. his & vbi sic ait: Peculiaris difficultas est, an Episcopus bus feugatis, nonnunquam possit dispensare in irregularitate orta ex bigamia interpretativa, v.g. si res sit occulta? Ali- pro Regula p. 2. p. 3. p. 4. p. 5. de diff. confus. rebus, non oritur ex delicto, sed ex defectu significatio- Re. 4. lice- nis, vel ex ipso facto coniugij attentati etiam in- naliade; non videtur tamen improbable quod possit in ea quae oritur ex delicto etiam alieno, v.g. in irregu- lariitate, quam contrahit, si qui cognovit uxorem, postquam ea commisit adulterium cum alio, etiam adulterium uxoris sit occultum, quia talis ir- regularitas vere oritur ex delicto. Item quod possit in ea, quam contrahit Sacerdos qui polt mortem uxoris legitimae existens in Sacris, tentat aliam in uxorem accipere, quia etiam haec irregularitas oritur ex delicto, idque etiam concut contrahere cum vidua: nam cum matrimonium sit irritum, non inducit irregularitatem ex defectu significatio- nis, sed ex peccato. Idem si laicus contrahat ir- regularitatem iniendo matrimonium cum duabus in- validis, vel in invalidis cum vidua, quam irregularitatem oritur ex delicto tenet Sanchez lib. 7. disput. 84. num. 6. in fine & disput. 86. num. 12. center Episcopum in nostro capitulo posse dispensare. Non est, inquam, improbable in his & similibus casibus, quando irregularitas est occulta, Episcopum posse dispensare, non solum quoad minores Ordines re- cipientes, vel exercentes, sed etiam quoad maiores, iuxta potestatem ei concessam a Concilio Tri- dentino fess. 24. cap. 6. de reformatione. Posset etiam tenet Sanchez, & illam extendit ad Praelatos Regulares Subdiaconus dicens viduum, quia eius irregularitas est ex delicto. Ita Praepositus obi supra. Et hanc ita sententiam tenet etiam Bartholomaeus de Vecchis diu. & in praxi nouis. disput. 9. dubio 15. num. 3. qui citat Sanchez, & illam extendit ad Praelatos Regulares cum eorum subditis, & post illum Tamburinus de iure Abbat. tom. 2. disput. 17. quef. 3. num. 3. Sed licet hanc opinio sit probabilis, tunc recedas a prima sen- tencia negativa.

#### RESOL. LVI.

An Episcopus ex hoc Decreto possit dispensare in ir- regularitate bigamia interpretativa, si sit occulta, non solum quoad minores Ordines, sed quoad maiores?

Et an in vera bigamia possit Episcopus dispensare ad minores Ordines, & beneficium simplex? Ex p. 7. tr. 2. Ref. 35.

**S. 1.** Hanc questionem tractavi in part. 4. tr. 2. Ref. 7. & 72. nunc adducam Ioannem Machadum, qui me citato hoc dubium perrata, citara ante to. 1. de Perf. Confess. lib. 1. p. 3. tr. 1. docum. 4. m. 2. vbi sic assertit. Quando la irregularidad es verdadera, in- terpretativa, comunmente afirmar los Dolores, que el Obispo no la puede dispensar. Si ben de la interpre- tativa, quando es secreta, y previene, de delito aunque ageno, es muy probable, que no solamente para Ordina- nes menores, sino tambien para mayores puede dis- pensar el Obispo, conforme a la facultad, que goza por el Concilio para dispensar en las irregularidades secretas, que provienen de algun delito, y no estan de- duzidas al fuerro exterior; fundada esta opinion en que como dicen Sanchez, y otros graves Autores, la ir- regularidad que se contrae por la bigamia viene a ser

296.

# Quoad Absol. & disp. &c. Ref. LVII. &c. 329

per culpa; y siendolo puede en ella el Obispo lo que  
en las demás irregularidades; que provenien de  
dolos.

1. Si por lo menos pueda el Obispo dispensar en  
la verdadera bigamia, para que el bigamo pueda rece-  
ver Ordenes menores, y beneficios simples; tampoco  
enfria del deseo; y es tambien dudoso, y remido ento-  
ne los Detractores Villalobos, y otros Autores son de pa-  
recer, que ni en la bigamia Verdadera, ni interpretati-  
va ni para recibir Ordenes menores, ni excommunicar las  
recibidas, ni para beneficios simples puede el Obispo  
dispensar con el bigamo. Si bien Sanchez, y otros mu-  
chos con mas probabilidad defienden lo contrario: lo  
que admite Villalobos, quando huviere alguna ver-  
ginitaria causa para dispensar. Hucunque prædictus.  
Machado. Sed ne deferas recognoscere meipsum  
siqua. Et haec dicta sufficiunt circa præsentem.  
Tradatum in gratiam Dominorum Episcoporum  
elaboratum; sed pro eius coronide satis in lignum pra-  
dicabilem difficultatem discutiendum vitum est hæc  
et apponere; Ideo quarto.

## RESOL. LVII.

An aliquando irregularitas orta ex bigamia vera, & interpretativa sit dispensabilis ab Episco-  
po?

Et pro præcis huius questionis adducitur singularis, &  
specialis causa.

Et an Prelati Regulares in vera bigamia possint  
cum suis subditis absolute iuste & post suscep-  
tum Ordinum dispensare? Ex p.7.ii.11. & Milc.2.  
Ref.43.

5. Liquos casus secundum mentem Ioannis  
Apæpositi adduxi in part. 4. tract. 2. reso-  
l. 61. nunc & alium adducam secundum mentem  
Stephani Bauni, in Theolog. Moral. parte secunda,  
tratatu undecimo, quasi. 59. vbi sic ait: Sit pro exem-  
pli, ut quidam qui cum procul ab ea prouincia de-  
get, quam modò incollerit, & in qua domicilium sibi  
ad tebus suis constitutus habi virgines copulatus  
vixit, quibus fato sunt factis, bona se fide ordinandum  
Episcopo obtulit, impedimentum sui ad suscipiendo  
ordines occidere Bigamia nescius, de hoc homine  
contendo, ci ab Episcopo facultatem concedi posse,  
rendi ordina suscepere Sacerdotij cum hac Bi-  
gamia.

2. Primum, quidquid Pontifici in universa Ecclesia  
ad animarum bonum & commodum, ius naturale ac  
humanum vult concessum, id Episcopo in sua Dio-  
cessi, cum est necesse, nisi Papa sibi id speciali san-  
ctione referuerit, tentare, ac facere est permisum.  
Sed pro casu præsenti facit necessitas, periculum sci-  
licet amittendæ famæ ac opinoris, quam de sua vir-  
ture, itaque innocentia, præclaris suis factis, apud  
plebem obvinit, si à dicenda Missa prædictus Sacer-  
dos, dum populi offensa abstinet, in eam enim  
veniente poterit, quid piam in eo subesse culpa,  
quamobrem ad facia Missarum solemnia pro extor-  
rum more, non nisi raro, ac infrequenter, audeat ac-  
cedere.

3. Et quanquam ab ordine repellatur Bigamus in  
capite superius & capite extremo de Bigamia, & a Con-  
cilio Nicano, vult in Epistola Divi Ambrosij 82. in  
Can. 1. Concil. Arelaten. tertij sub Leone Primo, in  
Capite primo, Concil. Romani sub Hilario, His-  
panis secundi circa tempora Honorij, & Sisebuti Re-  
gis Canone quario, & Apostolotum 17. vbi si quis post  
bigamia, secundis fuerit nuptiis copulatus, aut con-  
cubinam haberit, vetatur Episcopus esse, vel Pre-  
tom. IIII.

byter, aut Diaconus, aut presbus ex numero eorum  
qui ministerio sacro deseruunt; si haec tamen statu-  
ta vim suam omnem, ea severitate, quæ sunt concep-  
ta, in istum exercerent, de quo fit in questione men-  
tio, in operum eius exitium haud dubie cedentem,  
cum perpetuæ facias eum altariis carere etiam fama  
fue detrimento esset necesse, aut certe non modico  
tempore, nempe dum Roma istius impedimenti dis-  
penlatrices venient literæ, quod quam à Christi  
Romanique Pontificis beniginitate absit, in eorum  
opinione relinquo, qui potestatem condendarum  
legum, datam ei ad Catholicæ plebis commodum  
norum, nullo modo ad exitium; fidem ergo omnem  
soperat, velle Pontificem in hac istius Presbyteri, de  
quæ nobis est sermo, necessario tempore, Episcopo  
facultatem omnem ademptam esse, dispensandi in  
eius impedimento.

4. Secundo, qui Canones contra Bigamos, sunt à  
Concilis, aut Romanis Episcopis scripti; eos à sus-  
cipiendo ordinibus prohibent, nullo modo à suscep-  
torum usum eos ergo committit Episcopus, si or-  
dinato cum impedimento Bigamia, ordinum suo  
volum patiatur aut velit esse liberum.

5. Tertio, in Pape, Conciliorum legibus dis-  
penfare potest Episcopus cum est necesse, nec fa-  
cilius est in Vitem, Papamque transitus, ita culpas  
lethalas, graues, & acerbas, qua viuuntur iuriis in Bul-  
la Coenæ sibi Pontifex leponit, in necessitate, pec-  
nitentia condonat Episcopos, secundum doctrinam  
Henriquez libro sexto de pœnit. capite decimo-sexto  
numero primo, & capite nono, numero septimo. Similiter  
cum res, temporisque exigunt, nec facilis est ad  
Papam recursus, dispensare in impedimentis mari-  
monij, vt notarunt Sauch. libro secundo de Matrim.  
dis. 40. num. 2. & seq. Coninch. de Sacrament. Mari-  
monij, & alij. Sed res haec ambae faciunt pro Sacerdo-  
te, de quo est questione, ergo ei concedi per Episco-  
pum poterit, vt in suscepito ordine ministret, eaque  
præstet omnia, que facere Sacerdotibus est in more.  
Hucunque Baunius, quæ secundum eius mentem di-  
cta est volo.

6. An vero in vera Bigamia possint Prælati Re-  
gulares dispensare cum suis subditis absolure ante &  
post susceptionem Ordinum, vide Bordonum in  
Consilis regular. sol. 11. n. 35. in fine vbi affirmati-  
vum sententiam tenet, quod etiam docet Baunius vbi  
siqua quasi. 68.

## RESOL. LVIII.

An saltem dicta irregularitas vera bigamia sit dis-  
pensabilis ab Episcopo quoad Ordines minores, &  
simples beneficium?

Et notarum posse Episcopum dispensare in bigamia si-  
militudinaria cum eo, qui contraxit cum Virgine,  
secus si contraxit cum vidua, vel duplex ini-  
matrimonium. Ex p.4. tract. 2. Ref. 62.

5. 1. Negatiuam sententiam tener Villalobos  
tom. 1. tractat. 21. diff. 31. num. 13. Tur-  
rianus de censur. lib. 9. disputat. 70. dub. 5. Bizoze-  
rus in summa tract. de censur. cap. 2. num. 7. Squil-  
lante de priuilegiis Cleric. cap. 4. dub. 6. num. 97. & ali  
penes ipsos afferentes Episcopum non posse dispen-  
sare cum bigamis in bigamia vera, vel interpretati-  
ua, non solum ad Ordines minores suscipiendo, sed  
neque ad vsum suscepitorum; & ratio est, quia  
Episcopus non potest dispensare in lege Pontificis,  
nisi in casibus iure concessis; sed ius excludens biga-  
mos ab omnibus Ordinibus latum est à Concilio  
Nicano, teste D. Ambroso epist. 82. ergo, &c.

Ecc 3 Deinde

Sup. hoc su-  
præ proprie-  
tatem Ref. 55.  
& in aliis  
eius vitimæ  
annor.